

hinc inde agitata deliberatio, factumque decretum, hoc aut illo medio finem propositum obtinendi. *Impii* verò **רשעים** sunt ii, qui in continuo sunt nequitiae motu instar maris, modo ab hoc, modo illo cupidinum ventō acti in varia scelera, semperque protrudentes vitiorum cœnum, ac proin nullā gaudentes conscientiae tranquillitate, cui germanicum **ruhlos** vel **ruhlos** egregiè respondet; ceu *Esaias* comparat eos c. XLVIII, 22. LVII, 20. 21. item *Salomo Prov.* IV, 16. *Job.* III, 17. Radix enim est **רשע** turbidus, inquietus fuit. Confer notas ad *Prov.* II, 22. Talium ergo impiorum consilium describitur *Job.* XXI, 14. 15. 16. c. XXII, 17. 18. quod dicant Deo; recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus &c. (ubi præcessit mirus eorum opulentiae successus:) item *Ezech.* XI, 2. 3. non in propinquo est contritio, adificemus domos: hæc urbs sit lebes, &c. In hac & simili pravâ deliberatione nequaquam occupatur aut incedit justus: ambulare enim (uti via, semita &c.) consveta metaphorâ usurpatur de quibusvis studiis, actionibus, moribus aut institutis, quibus, ceu pedibus, homo incedit ac defertur ad præfinitum finem actionis, aut ad ipsum vitæ terminum: confer *Gen.* XVII, 1. *Psal.* CXIX, 1. 3. 9. *Rom.* VIII, 1. &c. Nota autem, quod per verbum in præterito positum indicetur actus præfens, continuus, aut fieri solitus: quippe *Ebraei*, quando loqui volunt de tempore præfenti loquuntur **כעתיד** **עבר** **גם כעתיד** forma præteriti vel etiam futuri; (uti h. l. annotat *Aben Esra*;) illius (præteriti) exempla habes hoc versu; huius (futuri) versu sequente: **יהגה** meditabitur. Hinc vides, cur *Luth.* reddat in præfenti: *Wandelt* &c. Porro & ille observandus hic occurrit idiotismus, quod locutio hæc negativè concepta, (non ambulat, non stat &c.) cum quâdem emphasi denotet contrarium affirmatum; ut idem h. l. sit, ac: longissimè fugit, averfatur, abhorret ab omni malorum consortio, non curat splendida peccantium exempla, &c. quam figuram nonnulli vocant *litoten*. Sic *Prov.* I, 25. non voluistis, h. e. gravissimè ac pertinaciter averfati estis. *ibid.* v. 25. non elegerunt h. e. longissimè abjecerunt: confer *Jes.* XLII, 3. *Job.* XIV, 18.

**וכררר חטאים לאעמר** & in viâ peccatorum non stetit: h. e. si fortè per carnis imbecillitatem paulisper declinârit à medio, ad vitiorum extrema: non tamen perstat in latâ illâ facili que ad gehennam viâ; (*Matth.* VII, 13.) sed citissimè ad arctam cœli mandatorumque Dei semitam seu carceres refilit, ibidemque perseverat. Via, (ut dictum est ad prius, ambulat,) notat quasvis inveteratas diuque calcatas consvetudines, mores, statuta, aut actiones, per quas homo sensim ad operis finem, (qui est felicitas vera vel apparens,) aut ad ipsius vitæ, seu itineris sui terminum defertur: veluti ab hac phrasi dicimus *curriculum vitæ* *Lebens-Lauff*/ item *da einer mit umgehhet* / &c. Sic cum impiis per eandem viam ambulare prohibemur *Prov.* I, 15. (ubi terrestrem quoque proprièque dictam viam commodè includimus: ceu *Josaphato* talis cum *Achabo* profectio interdicta *1. Reg.* XXII, 32. conf. *Psal.* CXIX, 9. 15. 35. *Jes.* VIII, 11.) Illi verò, quorum via vitanda, dicuntur **חטאים** peccatores, h. e. qui longissimè aberrant à scopo legis, (hoc enim significat verbum **רשע** *Jud.* XX, 16. de fundâ jaculantibus,) non semel, sed crebrò ac habitu factò, (uti hoc innuit etiam *dagesch* in mediâ radicali) non ignoranter, sed studio, absque ullo Dei vel hominum metu: dicuntur

A isti in N. T. **ἀμαρτωλοί**, juncti publicanis. In talium igitur viâ seu vivendi ratione nequaquam standum, h. e. perseverandum minimè, vel ulla ibidem trahenda est mora; quomodo fortasse luna stabat, hoc est, intermisso cursu solito subsistebat immota, *Jes.* X, 13. De viâ, non quâ eundum, sed quâ itur, h. e. de more vivendi mundanorum evolve *Senecam l. de vid. beat. c. 1.*

**וכמושב לצים לאישב** & in cathedrâ derisorum non sedit: h. e. nullatenus commoratur, vel sedem sibi figit stabilem in confessu vel habitatione Epicureorum. Quamvis enim plerique nomen **מושב** exponant de cathedrâ, ut *LXX. Vulg. Pagn. &c.* & deinde accommodent eò istud *Cassiodori*: *ibronus est regum, tribunal judicum, cathedrâ propriè doctorum*; attamen hanc strictam acceptionem in Sacris reperiri vix putârim; notat quippe ea vox (1) generatim locum terramve habitationis, ut *Psal.* CVII, 4. 7. *Lev.* XXV, 29. 2. *Reg.* II, 19. &c. (2) confessum aliquem, v. g. senum, *Psal.* CVII, 32. & (3) fedile v. g. regis ad parietem in discubitu, *1. Sam.* XX, 24. *Jobi* ceu *judicis* in plateâ, *Job.* XXIX, 7. Quapropter cum *Luthero* convenientissimè reddetur: *Da die Spötter sitzen* / (quâ ratione melius quoq; paronomasia *Ebraei* textus exprimitur: *bemoschabb jasechabb*: in confessu sedet.) Eodem modo reddit *Chald.* **בסיעה** in conventu vel societate, & *Syrus*: **במיתהבא** (ab ebr. **שב**, sedit, **ש** mutato in **ה**) in confessu, (quâ vox occurrit *Matth.* XXIII, 6. *Marc.* XII, 39. de Pharisæorum *προτοκλησία*) In tali ergo pravo confessu vel habitaculis nullatenus figendum est consortium, ubi scil. sedent vel habitant **לצים** derisores (à rad. **לץ** deludere: fastuose cavillari &c. confer *L'Empereur* *εδοισα*. *Mof. Kim.* p. 34. **לץ** est revelare ignota &c.) h. e. lepidi illi fanniones, qui lumine rationis destituti, vel ipsi rident sapius (juxta illud: *per risum multum* &c.) vel risum movent aliis: qui hostili profanoq; animo *καπηλεύσει τὴν ἀλήθειαν* 2. *Cor.* II, 17. qui omnem frivole deludunt pietatem, religionem, honestatisque studium, adeoque cavillantur ac pro nugis habent, quæcunque de Dei irâ pœnisque peccati ipsis suggeruntur; *Prov.* IX, 7. 8. XV, 6. XIX, 25. hinc iis sublatis intelligitur prophetia, *Jes.* XXIX, 20. 18: iidem dicuntur etiam superbi ac iracundi. *Prov.* XXI, 24. III: 34. ligitiosi, c. XXII, 10. XXIV, 9. vinosi, vel quales à vino efficiuntur, c. XX, 1. &c. Quapropter non injuriâ dicuntur à *LXX.* **λοιμοὶ** pestes, aut juxta *Vulg.* ipsa pestilentia; quamvis magis propriè exprimat *Aquila*, voce **χλευασῶν**, qui juxta *Arist.* l. 2. *Reth.* sunt **ἐξαγγελτικοὶ** nunciativi seu ebuccinatores, quorum studium ac professio quasi, circa proximi peccata. *Symmachus* habet: **ἐπὶ καθέδρῃ παρονομῶν**. *Corderius* in notis ad h. l. **λοιμοὶ** confert cum **λοιδοροίς**, eò quod **λοιδορία** sit quasi **λοιμορία**. *Chaldæus* & *Syrus* expriment **מְקַנְי** & **מְקַנְי** derisores (à **קנ** derisit, (qui posterior, eadem voce notat *Pharisæos*, *Christum* *ἐμυκλήριζοντας* *Luc.* XVI, 14. & c. XXIII, 53. (Nota, quod pater *David* sub initium *Psalmodum* & filius *Salomo* in Principio *Proverbiorum* c. l. 22. uterque hanc pestem derisorum depellant.) In talium ergo derisorum conciliabulo nequaquam **שב** sedet, habitat, aut certam sibi sedem figit pius: talis quippe constans, secura ac voluntaria commoratio innuitur hōcce verbo, quod non modò fissionem corporis, sed & totius familiae commorationem seu habitationem designat. Notetur itaque hic gradatio ab impiis (ratione